

iuuenum deuitans lasciuas ecclesiarum potius terebat limina et quicquid ibi de sacra scriptura intelligere poterat memoriter retinebat. <sup>17</sup>Parentibus uero suis defunctis cogitare cepit qualiter tantam diuitiarum copiam non ad laudem humanam sed ad dei gloriam dispensaret. <sup>18</sup>Tunc quidam conuicaneus suus satis nobilis tres filias suas uirgines ob inopiam prostituere cogitur, ut sic infami earum commercio aleretur. <sup>19</sup>Quod uir sanctus comperit, scelus abhorruit et massam auri panno inuolutam in domum eius per fenestram nocte clam iecit clamque recessit. <sup>20</sup>Mane surgens homo massam auri reperit et deo gratias agens primogenite nuptias celebrauit. <sup>21</sup>Non multo post tempore dei famulus simile peregit opus. <sup>22</sup>Quod rursus ille reperiens et in laudes immensas prorumpens de cetero uigilare proposuit ut sciret quis esset qui sue inopie subuenisset. <sup>23</sup>Post paucos etiam dies duplicatam auri massam in domum proiecit ad cuius sonitum ille excitatur et Nicholaum fugientem insequitur talique uoce alloquitur: <sup>24</sup>«Siste gradum teque aspectui ne substrahas nostro!»; <sup>25</sup>sicque accurrens uelocius Nicholaum hunc esse cognouit. <sup>26</sup>Mox humi prostratus osculari uolebat pedes eius; <sup>27</sup>quod ille refugiens ab eo exegit ne eum quamdiu uiueret publicaret. <sup>28</sup>Post hoc Mire ciuitatis defuncto episcopo conuenerunt episcopi illi ecclesie de episcopo prouisuri. <sup>29</sup>Aderat inter eos quidam magne auctoritatis episcopus ad cuius electionem omnium sententia dependebat. <sup>30</sup>Cum igitur cunctos teiunis et orationibus insistere monuisset, nocte illa uocem audiuit dicentem sibi ut hora matutinali fores ecclesie obseruaret et quem primum ad ecclesiam cuius etiam nomen esset Nicholaus uenire conspiceret ipsum in episcopum consecraret. <sup>31</sup>Hoc ergo aliis reuelans episcopis admonuit ut

16. iuuenum *om. g* terebat: tendebat C, terrebat Q ibi de: ibidem M  
17. diuitiarum copia: c. d. C 18. conuicaneus: conuicinus C, conterminens *g* suas  
*om. g* earum: eorum M *g* aleretur: eleuetur Re 19. uir: ut βM, ubi *g* clamque:  
et clam *g* 20. mane: autem *add.* Re *g* surgens homo: h. s. C et *om. M* gratias:  
*gratiam g* 22. qui: sic *add.* C 24. ne: non Re nostro: meo *g* 25. hunc *om. A*  
26. humi: humo C 27. refugiens: refutans *g* 28. conuenerunt: conueniunt M  
29. aderat: autem *add.* Re *g* 30. nocte illa audiuit uocem dicentem *i. m.* C. matu-  
tinali: matutina *g* 31. hoc: hec *g*

16. lasciuas: lasciuia V terebat: prosternebat V memoriter: memorie V 17. uero  
*om. V* tantam: tantarum V dei gloriam: gl. d. V 18. suas *om. V* infami earum  
commercio: e. c. i. V 19. clamque: et V 21. multo: multum V tempore *om. V*  
23. etiam: autem V ille *om. V* insequitur: persequitur V 24. aspectui ne substrahas  
nostro: a. meo ne s. V 25. hunc *om. V* 30. igitur: ergo V esset: est V

16 sq. VdB XIII 67

### [III · DE SANCTO NICHOLAO]

DE NOMINE — <sup>1</sup>Nicholaus dicitur a nichos quod est uictoria et leos quod est populus; <sup>2</sup>inde Nicholaus quasi uictoria populi, id est uictorum que popularia sunt et uilia; <sup>3</sup>uel dicitur uictoria populi quia multos populos uita et doctrina docuit uitia et peccata uincere. <sup>4</sup>Vel Nicholaus a nichos, quod est uictoria, et laus, quasi uictoriosa laus. <sup>5</sup>Vel a nitor et leos quasi nitor populi; <sup>6</sup>habuit enim in se ea que nitorem et munditiam faciunt. <sup>7</sup>Nam secundum Ambrosium mundat sermo diuinus, mundat uera confessio, mundat sancta cogitatio, mundat bona operatio. <sup>8</sup>Eius legendam doctores Argolici conscripserunt; <sup>9</sup>est autem Argos secundum Ysidorum ciuitas Grece unde et Argolici Greci uocantur. <sup>10</sup>Alibi quoque legitur quod Methodius patriarcha eam Grece scripsit quam Iohannes diaconus in Latinum transtulit et plura addidit.

DE SANCTO NICHOLAO III — <sup>11</sup>Nicholaus ciuis Patere urbis ex diuitibus et sanctis parentibus originem duxit; <sup>12</sup>Pater eius Epiphanius, mater uero Iohanna dicta est. <sup>13</sup>Quem cum in primeuo iuuentutis sue flore parentes genuissent, deinceps continenter uiuentes celibem uitam duxerunt. <sup>14</sup>Hic prima die dum balnearetur erectus, ut dicitur, stetit in pelui; <sup>15</sup>insuper quarta et sexta feria tantum semel ubera sugebat. <sup>16</sup>Factus autem iuuenis aliorum

DE NOMINE: DE SANCTO NICOLAO *g* 1. nichos: nicos Re *g* leos: laos Re *g* 2. inde: unde A, quasi Q, id est *g* que: et *add.* *g* sunt et uilia: et u. s. *g* 3. dicitur *om. g* populi: proprie *g* peccata: peccatum fugere et Re 4. Nicholaus: dicitur *add.* Re *g* 5. uel: Nicholaus *add.* C leos: laos quod est populus *g* quasi *om. C* 6. in se *om. C* 7. bona: beata Re 9. et *om. g* 10. scripsit: conscripsit *g* DE SANCTO NICHOLAO *om. g* 12. Epiphanius: Epiphanes *g* 13. in *om. g* parentes *om. C* continenter uiuentes *om. g* 14. balnearetur: balnearur *g* ut dicitur *om. AC* pelui: peluim AM, peluis Q 15. ubera sugebat: s. u. *g*

1. leos: grōs V 5-7. uel a nitor... operatio *om. VE\** (*i. m. add.* V<sup>2</sup>) 8-9. eius... uocantur *om. V\** (E = LA2) 14. ut dicitur *om. V*

1 sq. Hug. Pls. Der. 8. Sic. Crem. Mitr. IX 2 11 sq. Vita Nich. JdM BdT